

In deportato vero, quem omnium bonorum publicatio sequitur, Quæst. quiq₃, que acquirit post sententiam, fisco acquirit, num idem statuendum videtur? Non videtur. Vide l. 2. C. de bonis proscript.

39 Datur directa actio aduersus mandatarium & eius ha- Aduersus
redes. quem de-

40 Et persequimur eodem iudicio id quod interest mandatoris. l. si quis alicui. 27. S. Qui. l. si Procuratorem. 8. S. vlt. D. h. t. l. ad comparandas. C. eo.

41 Itaq₃ restituere cogitur mandatarius, quicquid ad eum ex re gesta peruenit a. si modo possit restituere b. Etiam vsuras si pecuniam mandatoris sub vsuris crediderit, licet is mandasset, vt gratuitam pecuniam daret. c. a) l. ex mandato 20. b) l. si procurat. 8. S. Dolo l. procurator 55. c) l. Idemq₃ 10. S. 3. & 8. D. h. t.

Quid si periculo suo pecuniam credidisset, cessat ne in vsuris a- Quæst.
ctio mandati. Vi. l. Idemq₃ 10. D. h. t.

Sed si maiores quam testator rogauerit, vsuras tutores stipu- Quæst.
lati sunt, an eis lucro, an vero eorum pupillis cedit. V. l. 47. S. 1. D. de admin, tut.

42 Fructus quoq₃ si quos ex fundo, quem mihi emit mandata- rius percepit, officio iudicis prestare debet. l. Idemq₃ 10. S. si ex D. h. t.

43 Abeamus ad actionem contrariam. Hæc datur primò, si quos II. Con- sumptus fecerit mandatarius in suscepti mandati executionem. l. I- traria. demq₃ 10. S. Idem Labeo. D. h. t.

At si negotio mandatarius non finem adhibuerit? Tamen Quæst.
sumptus bona fide factos iudicio mandati restitui necesse est. l. Qui mutuam. 56. S. vlt. D. h. t. l. 4. C. eo l. 10. S. 1. de nego. gest.

44 Deinde mandati indicio experiri licet, quando honorarium siue salarium pro remuneratione industria mandatario constitutum est. l. si remunerandi. 6. in pr. D. heis.